Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



6

omnia quae diximus uobis facere adulteria emendare. Quomodo malum pro malo reddere uoluerit inimicos diligere.
Quia ego nolo mortem peccatoris sed ut conuertatur et uiuat. Omnia opera bona facere. Ego uobis cursum. Tunc
beatus basilidis respondit ei dicens. Nescimus ubi est mare quomodo transitur illum. Et dixit eis dominus ihs xpus. Descen
dite uos ad litus maris. Et ibi me inuenietis. Ego uobis parabo naucula modica quae uos in pulmo ipsa deducat.
Et neque duas tunicas neque duplice uestimentum. Neque panem insaccum sed ego uobis omnia parabo. Uehementer autem
ad litus maris inuenerunt naucula. ubi ipse dominus ihs xpus erat gubernator. Et cum inuenissent eum miserunt se ad pedes
eius et osculati eum. Et ipse porrigebat eis manus. Uidens autem beatus basilidis dixit ei. Inquit pulmo ambulatis. Respondit
ei dominus xpus dicit. Et dixit. Nos mare et roma inciuitate quae dicitur aurelia miliario octauo. Et dixit ei beatus basilidis
iube nos imponi in naue tua qua ibidem festinamus. Respondit ei dominus ihs xpus. Et dixit eis. Ubi uultis ire. aurelianus
multa mala ibi operatus est de xpianis. Respondit ei beatus basilidis tripodis et mandalis. Nihil cum eo habemus
sed modicum negotium habemus quod uendere. Respondit dominus ihs xpus et dixit eis. Date mihi naulum et sedete in naue mea.
Respondit ei beatus basilidis nos non habemus unde uobis dare aurum. Neque argentum neque pecunia neque panem
insaccum. Quibus respondit dominus ihs xpus. Uos seruus estis xpi et discipuli eius. Respondit beatus basilidis. nos seruus sum
et discipuli. Et dixit eis dominus ihs xpus. Et si seruus estis domini ihu xpi ascendite in naue meo. Et ascendite in nauem. Et dixit dominus
ihs xpus beato basilidi sede hic iuxta me. Interrogabat te si seruus es ihu xpi. Dic nobis quae operatus est xpus.
Respondit ei basilidis. de aqua uinum fecit. caecos inluminauit. leprosos mundauit. mundauit mortuos suscitauit. Et dixit eis dominus ihs xpus. Iudei quid dicunt de eo. Respondit beatus basilidis. alii dicunt. quia iohannes est
alii dicunt quia phelias est. alii dicunt quia xpus est. Cum audisset beatus basilidis quia bene et prospere naugabat
quia dominus ihs xpus naugabat. Et dixit ei beatus basilidis. Domine ihu xpe ostende mihi autem gubernationis tuae quia
nunquid sic bene et prospere naugare. Et dixit dominus ihs xpus ad unum de angelis suis. Descende in naue
et appone eis panem et aquam et manducent. Et benedixit eis et manducauerunt qui et gratias egerunt domino ihu xpo.
Et dixit ad eos dominus descendite de naue et pausate uos. Et fecerunt sicut praecepit eis dominus ihs xpus. Et descenderunt de naue et
obdormierunt. Et dixit dominus ihs xpus angelis suis tollite et ponite eos ad litus maris. miliario octauo aureliae
ciuitate. Et fecerunt sicut praecepit eis dominus ihs xpus. Mane autem facto reuigilauerunt et inuenerunt se iacentes
ad litus maris. Leuantes oculos suos ad celum et gratias agentes dixerunt. Domine ihu xpe magister bone
accipe animas nostras. et eadem hora emisit spiritum quasi dormientes. Et uenientes presbiteri et diaconi.
et clerici simul et xpiani colligerunt corpora eorum basilidis et tripodis et mandalis et sepelierunt in eodem loco. Et fabricata est ecclesia eorum basilicata. ubi florent beneficia eorum usque
in hodiernum diem amen